

qui aliquis monstri mihi alere videntur. (suprunt enim
producere in concionem, et isti Eulena proficere Min-
strum quendam paganum Castellionistam, qui ubique
quoque, amplectitur, et ideo licet vir palam perfidus et
in religione inconstans et plane dubius atque infans, apud
D. Jacobum gratiosissimus. Is vocat Leodegaris Grimwaldus.
Ego tamen dum hic ero, a concionando non desistere sta-
tui, quia omnes cives pura religionis favent. Consiliarii
metu plus quam servili Theologos illos superciliosos ode-
runt et metiunt, ipsique per omnia parent. Tu vale
in Christo Vir clarissime, cui omnia bona et sancta
precor et civitati nostra lumen vultu Domini. Mon-
belgardi. 17. Augusti 1571.

Parens meus et Quadratus
Te officiose salutant.

Tuus ex animo

Tossanus.

Inscriptio.

A Monsieur
Monsieur de Besze
à Geneve.

1751

Davidi Pareo Wig. Lebertshagen S. L. P.
Literas tuas, quas G. Idus Julij ad me dedisti, accepi, easque summa
cum voluptate perlegi. Non solum, quia constantis tui erga me
amoris apertam significationem habebant, verum etiam, quia
tecum suam statim declarabant. Mi David, charissime frater,
sum morosus, tamen cum video amorem susceptum non tam
affectu quam iudicio feliciter mihi cedere, non possum non letari.
Tunc autem recte habere exim existimo, cum eos, quos amo, depre-
hendo amantes mei. Tu itaque, quod et mei pristini erga te amoris
me admones, et tui simul mihi constantiam prescribis, ex ani-
mo gaudeo, Quia Quidor Quidu. Quod ad tuam conditionem
attinet, de ea nihil hac tempore scribam, si ejusmodi est, ut pacato
non dico

218

non dico nunc hilari animo in ea versari possis, non puto de con-
conqueri. Quid verò si et bonarum rerum esse, tuisq; rebus pro vo-
luntate vacare queas? Laudabis opinor, idq; eo magis, quo præter
opinionem tuam tibi magis accidit, ut stipendio isto in loco augetur.
De tuis nuptiis nihil certi huc ante tuas literas audiveram. Cogno-
veram ex literis, quas ad Petrum dederas, offerri tui perora aliqua,
sed hoc satis esse ad nuptias non putabam. Fontani nuptia celebra-
ta sunt. Reckholdi, quem in tuis ad me literis salutare jusseras,
brevis, ut opinor, celebrabuntur. Is fuit ante tuarum literarum
adventum à collegio nostro Babelstadium missus. Ganech civis
redit in gratiam, an tu idem sis factur, ignoro, cum quia tua
est alia conditio, tum quia discessum Ursini singulis momentis
nescio, an expectamus. Fuit hic Aretius ille examinis Theo-
logici author, eunq; ut audivimus, nomine Academiae lausand
impetrasse eum pro certo habemus, an ea sit quæ
nobis persuademus. De Fabricio recte conjectas. Non enim
nobiscum est, quia desit esse. Nunc veniam ad mea: Valetudine
ator ea, quæ soleo, etri aliquantum difficiliore, superioribus diebus
usus. Sum Mammo quomodo mihi conveniat, ipse viderit, ego puto
bene, si fallit fallat. Hoc n. posito, quod mihi bene cum ipso conve-
niat, an omnia ex sententia putas mihi succedere? Non ipse quidem
mihi est molestus, sed cum alios audiam conspiciantq; indignè tractari,
doleo et ipse. Cuius tū quoq; mihi potes esse testis. Fuit Ursinus his
diebus mirè perturbatus, nescio an quia optabat discedere, an quia malè
et valetudine agebatur. Tui æternum ero memor, tēq; ut debeo
amabo constanter, idemq; ut facias te rogo. Mi David, non affectu sed
judicio, ut dixi, inductus te amare coepi, eodemq; judicio te perseve-
rabo diligere. Has literas per Hockelium, cum serenè, curò ad te trans-
mitti, scripsi liberè, idq; addam. Veniam à Senatu eundi in patriam
impetravi; idq; faciam: vs. hujus mensis, eo n. die constitui hinc abire.
Redibit, ut puto, eunq; in sapientiam, quod valedictus Ursino dicam.
Fuit nostri Comit' Secretari' Christianus Vispachius, de quo tibi sæpe
dixi, 6. Augusti apud me hic, Heidelbergæ, meq; ut id, quod molior,
perficiam, hortatus est. Adveram manere per hyemem expectere,
hypocaustum Hofingi, sed quia puto Ursinum non mansurum, idēq;
mutationem maximam consequuturam ipsius discessum, deliberabo
de meis meis. Nicolaum Bogu famulum in tuo nomine salutem.

jubes. Is antequam tuas literas accepissem, abierat ad patriam
 reliquos salubari, te, ut salutem, rogarent, quod ex facio. Tu
 mi suavissime, Parce salve vale eternum, et si quando mihi
 occasio oblata fuerit ad te scribendi, deq, rebus meis certior
 te facienda, id faciam, ut nostra amicitia postulat, libenter
 non curiose. Tu me absentem fortasse non poteris, priusquam de
 meis aliquid cognoveris, literis impertiri. Vale iterum atq, iterum
 mi David. Data Heidelbergae ii. Aug. Anno 1571.

T. ut nosti

Cum haec scripserem literae à Rhillingio missae Petro fuerunt. his
 significabatur, hos Noribergenses concionatores primarios
 propter suspicionem sicut vocant. / Evangelianismi Noribergae di-
 missos esse: An verè fuerint nostra sententiae non explicat.
 Scribit idem tonitrua partem muri Noribergensis esse disiectam.
 Sed heus tu, unde iste titulus superioribus tuis literis inscriptus?
 Ille Wigandus Grotzschag, Rm. videretur Rvols? was ist
 schon nicht so groß master. Sed idem me facturum putasti.
 Falleris p. Sed de his satis. Salutat te Hadenus et meo Westel.
 Vale iterum. Inscriptio.

Davidi Paré, Ministro Ecclesiae
 Schlettenbachensis Amico suo charissi-
 mo In Schlettenbach p.

176.1

Davidi Paré Zacharias Ursinus S.
 Ad ea, quae long. Zaleger, mecum de te locutus est, scire te volui,
 me non indulgere privatim affectibus, sed animum habere Christi-
 anum, qui non sit sui vindicandi cupidus: Vehementer autem
 indoleat propter iacturam commodi publici et privati eorum, quos
 dilexit, de quibus optime speravit, quibus benefacere studuit. Huius
 te dum apud me fuisti tanquam filium: saltem annum adhuc
 unum te scholae destinaveram, ut iacta doctrinae fundamenta
 et iudicio, state, exercitio studio audiendi, legendi, meditandi
 et ocio isto literario, quod nostri discipuli habent, prodebar, quod
 ego nunquam habui, magis excolerentur et confirmarentur:
 tum ut sperabam te dimissurus e schola ad bonas et tibi non
 incommodas eruditiones, cum mea et aliorum et tua leti-
 tia. Hoc exiguum tempus tam ferre non poteris, tam superius
 proferens